

NVMMVS. TRIUMPHALIS
CUM ICONICO FERDINANDI
 Toletani, Albæ Ducis: victoriâ , ad Gemingam, de
 Ludovico Nassovio partâ: cusus Anno
 Christi 1568.



LUDOVICUS Nassovius Wilhelmi frater , collectâ non parvâ peditum equitumque manu in Frisiam descenderat: sumptis, ut aiebat, armis pro patriâ ac conscientiarum libertate. Quod & inscriptione vexillorum significabat, hoc ferè utens symbolo: **AUT RECUPERARE AUT MORI.** Provinciam eam pervagatus: Vedam Arenbergici Comitum arcem oppugnat ac diripit: Damam occupat: Arenbergium Frisîæ præsidem cum Bracamontij & Megensis signis profligat. Albanus de clade hæc factus certior præsidij Hispanicis undique evocatus cum præsidiarijs Gröningensibus se conjungit, ac hostes, qui nocte insequenti sarcinis præmissis, pontibusque ruptis, Embdam contendissent, insectatus, eorum mille interfecit, nec ab insequendo desistens, sed Anrîsum transiens Nassoviensis pedites, à pontium transitu hostem arcituros, fugat: ac mox ad castra Nassoviensis, propè Gemingam locata, contendit. Nassovius aciem in duo majora agmina distribuerat, fronte in hostem versâ, & ad dextram equitatum collocaverat: rursus ante aciem tormenta direxerat. Horum dispo- sitione cum aliquantum